

August Varenius

Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor ordinar. ... Dn. D. Jacobo Fabricio ... Professori Med. & Super. Mathem. in Univers. Rostoch. ... Funus, quod parant ... Apud omnes Cives Academicos solemniter indicit. Conventus fiet in Templo Jacobaeo hora 1. pomerid

Rostochi[i]: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961634>

Druck Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746961634/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961634/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746961634/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961634/phys_0004)

DFG

AVGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor ordinar.

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

Eminentissimo & Experientissimo Viro,

DN. D. JACOBO

FABRICIO,

Medico Celebratissimo, Profes-
sori Med. & Super. Mathem. in Univers.

Rostoch. per XL. Annos Excellentissimo, Duca-
lum Professorum & Medicorum Collegij, totiusque

adeo Academiæ Seniori venerando, Archiatro Mekelburgico, &

Senenissimorum ac Potentiss. Daniæ ac Norwegiæ Regum

CHRISTIANI IV. Gloriosiss. mem. & FRI-

DERICI III. Personæ-Medico

Primario,

Funus, quod parant, cum Filio, Generi Excellentissimi

Apud omnes Cives Academicos solemniter

indicit.

Conventus fiet in Templo Jacobo hora 1.
pomerid.

ROSTOCHI.

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LII.





I qvis ad indicendum, qvod sole-
mnibus exequiis hodie efferetur, & conde-
tur, funus, & in illo, δημόσιον πένθος impa-
rem me judicabit, is ad sententiam suam
meum adscribat suffragium. Abiit, abiit
magnus ille FABRITIUS, cui post GUI-
LIELMUM LAURENBERGIUM,
post MAGNUM PEGELIUM, post
JACOBUM BORDINGUM, post
HENRICUM BRUCÆUM, post PETRUM MEM-
MIUM, post GERHARDUM NENNIIUM, post PE-
TRUM STRATAGEUM

ημιθέους ὡν ἐργας θεος Θυητοισιν ἐδαιζε
(ut BACMEISTEROS, AMSINGIOS, PAULOS, ROSE-
LEROS, TUNICHÆOS illibatae laudis Medicos discretâ me-
moriâ veneremur)

jamdudum doctior orbis
detulit in Medicis fascibus imperium.

Abiit, qui, ne acerbior per Epidemiarum febrium intestabilis flamas
aliis imperaretur abitio, totiens effecit, &c, eluso illo alvei infernatis præ-
side, profugas ac in supremo jam ore versantes animas, alter Aesculapius
revocavit: abiit, qui scientiis hunc ultra Herculis columnas celebrem-
Balthicum Heliconem, & in hoc totum illustravit orbem: abiit, qui
per εμπειριαν & οδαινονιαν λαργεσην, ab hoc ipso Reip. Acad. cor-
pore, omni tabe magis noxias pestes repulit, & tempestivâ antevor-
tit prudentiâ: abiit, qui jam rude donatus, jam primi ordinis comitivam
aptus in GERMANIA, novâ ARCHIATRI apud Gloriosissimum
CHRISTIANUM IV. & Potentissimum FRIDERICUM III.
incomparabiles sub Aquilone Reges, comitivâ inclaruit in DANIA!

λαχών

λαχῶν ποστω καὶ διὰ δικλεεσερν.

Abiit, qui amor patriæ, delitium Daniæ, præsidium & columnæ nostræ fuit Academiæ, cuius, ut propter senectutem deflendus non sit, quia maturè discessit: propter raras tamen dotes, & tot illustria merita (projectis, qui hæc mallent εἰς ὕδωρ χαίρεσθαι Laconibus, imi subsellii viris) lamentabilis esse debet memoria. Abiit, qui dignius, quam aliquis *Archontius*, vel *Theombratus*, vel *Thadæus Florent.* vel *Petrus Patavinus* (quos Purpuratis honoratos apprimè, Camerar. meminit op. subcif. c. 55. & Valles. de sac. Phil. c. 74.) vel ipse *Aesculapius* propter unum *Hippolytum*, sustinuit expertus, quod Ecclesiasticus expressit c. 38. 3. Επισήμην ιατροῦ ἀνυψώσδε κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐναντί μεγιστάνων θευμαθῆσται, καὶ ἡδὺ βασιλέως λύψεται δέξαν. Ceterum, Threnodias, lacrimas, lamenta, quæ tamen in Seniorum funeribus, nec *Scripturæ*, nec *naturæ*, nec perseveræ *Stoæ* prohibet sententia, indicere, vel *atrocilicio* Academiam, ipsaq; ejus mœnia Punico more (*Diod. I. 19. 12ste*) obvelare, non poscimus: nec ad exequiarum Magnificum apparatus, quem, suspenso Gelone, excellentissimi curabunt *Generi*, quicquam conferre possumus, quam ut frequentes exeqvias ejus eamus, quo dignioris nunquam ibimus. Quid in FABRITIO nostro excellens, & supra communem vulgi captum se offeret, peculiari recordatione persequebamur. Evidem, uti Anarcharsis in Scythia: ita

*magnos posse viros, & magna exempla daturos
vervecum in patriâ, crassog̃ sub aere nasci.*

nec omnes Boetos stupidos esse, præter Demosthenem, cui Βοιωτίαδιν *Aesibines* objecit, timiditatem in dicendo ex tempore, Demades: entymemata lucernam olenzia, Pytheas, Plutarch. *in vit. Demosth. teste*, vel soli testantur *Cappadoces*, ex quibus, (licet acerbius inhos luserint) *Ammian. I. 46. 1. 2.*

Γένετον ἐν λαβυρῖνθος νέονας, τῆνας ἢ χελώνας
εὐρεῖν, η δόκιμον Ρήτορες Καππαδόκην

& *Demodorus. I. 2. t. 43.* dum vocat *Cappadoces* ΦαυλεπιΦαυλοτάτους usq;
adeo ut

νέστυμα ὄλιοθηον Καππαδοκιζόμενο)

Viri extiterunt, qui & virtutum sanctimoniam, & scientiarum excellentiâ totum illustrarunt orbem, neq; nos vel κεῖσθαι ήθῶν καὶ οὐεγενοῦ

tōmūg examinabimus, vel an Rostocchii cēlum Atticum sit, an Boeotium inqviremus, nec ut, veljam inde ab eqvo Trojano, imaginum, vanæ sc. Pompæ, si virtus absit, deducendo simulacra, parturiant montes, nascatur ridiculus mūs, obstetricem accersemus: interfuit tamen ad natale solum FABRITIO: qui cum die XXIIX. Augusti anno LXXVI. superioris seculi, Patre, Viro integrerrimo & spectatissimo HENRICO Schmidt / Sitopœo primario, Reip. Centumviro, & aerarii publici per annos benè multos p̄fecto p. m. Matre item pudicissimâ & honestissimâ DOROTHEA Wulfes / Reverendi Viri Dn. JOACHIMI Wulfes / primi Evangelici Pastoris in Brütze prope Goldbergam in Ducatu hoc Mekelburgico filia p. m. natus & levigat udat. c̄i p̄m̄at renatus eset, simul prætextatus bullam sumvit, magnum illum NATHANEM CHYTRÆUM pueritiæ & adolescentiæ Regem habuit, cuius in Scholam Patriā Rostochiensem, tantum fuit meritorum, quantum celeberrimi Philologi Rhodomanni in Luneburgensem: ex qvā utraq; scholā FABRITIUS vix qvinq; & decimas emensis aristas, ita est egressus, ut aggressus metuenda viris refugia magna indolis adhuc prætextatus ediderit. Perfas Isidorus Pelusota l. 4. ep. 108. meminit, qvod in virorū classē ascribendi jurarent prius: ηγαρφενήσω ἡδονῆς σώματ̄, καταρφενήσω δόξης κενῆς καὶ κέρδους ποησοῦ. ζηλάστω δὲ τὴν καὶ πιμήσω τὸ δέισιν καὶ γονεῖς. ἀληθῆ πεῖσμαν οὐδὲ τὸ πύρων ὑπερβήσαμεν εἰδὼς οὐτ' ἔκών. Non aliter FABRITIUS, qvi ex qvo positā prætexta togam virilem assumvit, non illam (qvod Antonio obijcit Cicero Phil. 2.) flagitiosa mollitie muliebrem reddidit: sed vera pietati, sanctitati, & sublimiori Doctrinæ, qvæsi data stolā in matrimonio certo ac stabili locavit, studiumq; illi fuit λέγειν πειποῶς καὶ πειποῶν λογισμῶς: ut planè in illo fuerit, qvod alicubi præscribitur ab Ambroſio: In senibus gravitas, in juvenibus alacritas, in adolescentibus verecundia, ab ipsā commendatur natura: unde & noster κριτής expertus est, id qvod nobilis Græcorum habet versiculus:

Ἐυτεβέων παιδεστὶ τὰ λάϊα δυστεβέων δ' οὐ.

Inclaruerat jam tum, & totius Orchestræ Astronomicæ judicio ASTRONOMORUM PRINCEPS audiebat, Stemmatibus generosus: at scientiarum excellentiâ supra stemma eminentissimus TYCHO BRAHE Egys Danus, qui in suâ illâ Balticâ Tranopoli, totus observationibus & admirandis Astronomicis non sine sacrâ desudabat:

542

bat: militaverat idem, postea incomparabilis Astronomus, XX. annorum Juvenis ab Anno 1566. qvo Albo Academiæ nostræ est inscriptus, in his ipsis Varniadum castris: & proinde, cum indigeret, cuius expromtâ ope- râ in laboribus Astronomicis uti posset, Studiosum Juvenem ex hâc no- strâ expetijt Academiâ. Mittitur FABRITIUS, dignus & Ourano- poli, & Praeceptore Tychone discipulus anno æt. XVII. Hic hic vere in salo Cælum terrestre habuit noster FABRITIUS, qui nisi ipse Urano- polin satis ostendisset, ex tanto Praeceptore, & summi ingenij Commi- litone CHRIS TIANO LONGOMONTANO, Mathematico celeberrimo estimari posset. Sed ipse se in Uraniâ, non nisi cœgâria, & cœlestibus ac igneis animabus digna studia excoluisse, satis orbi testa- tus est, qvando post quadriennium, non sine illustri munificentia Nobilissimi Tychonis dimissus, per Belgium & Britanniam, illa quæ in cælo didicerat, magno cum applausu docuit, Studia Astronomica, & id im- petravit, ut & per Praeceptoris Tychonis, ac Longomontani commilitonis, & per proprii ingenij pariter ac exercitationum monumenta & merita Eminentissimorum in re literariâ Virorum dignaretur amicitia, & ex illis Studiis sibi compararet peculium castrense, ac Astronomiæ ὄψαvia. Bel- gium jam & Anglia viderant FABRICIUM ex Uraniâ: exoptabat eundem Germania: venit ille, & lauream poeticam invocanti oblatam ad misit. Verum altius ferebatur mens Juvenis FABRICII: in τέ- Χνην iatρικην velis passis contendebat: qvas qvidem ὄγμας Hippocrati- cas, excellentia nobilissimi Studii, & diffusissimus ejus in genere hu- mano usus, ex qvo.

Post lapsum, maties & nova febrium.

Terris incubuit cohors.

Absentisq; prius nulla necessitas.

Leti corripuit gradum.

vehementer accendebat. Evidem, cum, ex qvo per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors, quatuor sint modi qvorum unus hanc mortalem vitam conficit: 1. violentia, per qvem ex- ternæ vi mortalis succumbit: 2. carentia ubi fame vel siti deficit. 3. hu- morum dyscrasia & intemperie: 4. τοῦ θερμοῦ εμφύτου deficientie: & tota iatrica circa tertium maxime occupetur, fatemur, extra pollucibiles coenas si foret, & illam Vacunæ indulgentiam, qvam graphicè Sapiens expres- sit Ecclesiast. c. 37. 32. 33. 34. minus Medicorum fore: at qvis seculum.

A. 3

ārd

ενευ ἀτο ηγίας ηδη γερπιμαρχίας, & etiam ubi hæc exulant, ενευ δυτικοσιας in corpore mortali, reddet? Næ id dabitur, ubi novum celum aer, aqua, terra ēν κονέρων νήσοις dabitur, & ubi ar immortalitatis à Sinenium Regulis explorabitur. Cœterum, extra illa si esset, annon nobilissima est & glorioſa, quæ Altissimum, à quo est Medicina, & qui è terra procreavit pharmaca, vel in Botanicâ palpabilem facit naturā? Lucas Evangelista Medicus fuit: qvam autem ille APOSTOLO in medullis ac viſceribus hæſerit, vel ex salutatione hic conſtare voluit, qvando ad Colloſſ. c. 4. Salutat, inquit, vos, Lucas οἰατρὸς ἀγαπητὸς Medicus ille, singularièr dilectus (verè enim Chryſoſt. φόδρα μέρε τὸ εἶναι ἀγαπητὸν τῷ Παύλῳ in h.l. ſcripsit) & præclarè Basil. Magnus in Asceticis: cum in Paradiſo non ſimus, Medicis indigemus. Sed nos ad τὸν ιατρὸν ἀγαπητὸν FABRITIUM redimus: qui cum post Uranopolin, Belgium, post Belgium Britanniam illustraſſet, in celebrioribus Germaniæ Academijs clariflimos Medicos, & tum iatricis ūlens ad miraculum uſq; doctos: tum τῆς ἐμπειρίας εἰς τὸ ἄνθροπον ἐληλαυότας audivifſet, & eminentia eruditio niſis Medicæ ſpectacula edidiſſet XXVI. aet. anno, hujus ſeculi II. Biretum Doctorale Hippocraticum Jenæ virtute intaminata & repulſa ſordide neſiā admifit, & Doctorali honore fulgens in patriam velut palæſtram Medicā rediit. Doctor ergo reverſus plane ex præscripto Foētæ

εργῶς δὲ γυναικα πὸν ποτὶ οἰκον ἀγεδη
μῆτρε τειχοντ̄ ετέων μάλα πολλά ἀπλέιπων
μητ̄ ἐπιθεῖς μάλα πολλά. Γάρ δὲ ποιῶεις οὐτοι.

27. ætatis anno lectissimam ac pudicissimam virginem MARGARETAM, RUDOLPHI MULLERI Civis Rostoch. ſpectatissimi ex TILSA DENIA Experientissimi qvondam Viri DN. FRANCISCI DENII Medici per Mekelb. & vicinas provincias incluti, ex fratre, nepte, filiam ſolemni ritu domum duxit, cum qvā & πίμον γάμον & ποιητη ἀμιαντον, eamq; benedictam amœnitate ſobolis amœniffimæ, coluit. Epaminondas, moritus, cum qvidam adstantium profuſis exclamarent lacrimis: Siccine ſine liberis è vitâ diſcedis! Non, Δία, respondit: Sed filias duas, Leutricam ſc. & Mantineam vicitas poſt me relinquo, Diod. ſicul. teste. Qvod ſi id eſt liberos relinqvere, tot beatissimus noster Senior habuerit, qvot Discipulos, qvot feliciter curatos, qvot virtutis monumenta reliquit. Cœterū nec propriā magis ſobole FABRITIUS caruit, qvi ex fœ-

cun-

eundissimâ & pudicissimâ suâ Caja PHILIPPUM JACOBUM,
 JOHANNEM ADOLPHUM, MARGARETAM ELISABETAM,
 SOPHIAM I. HENRICUM I. SOPHIAM II. felicitè quidem su-
 stulit: sed qvos omnes abstulit atra dies & funere mersit acerbo. Supe-
 rant tamen, FABRITII sangvis (& supererit quum diutissime!) ELISA-
 BETHA nobile sexus sui decus & corona, Experientissimo & Excellen-
 tiissimo Viro DN. SIMONI PAULI, Medic. D. & uti antehac in Academ.
 patriâ Professori celeberrimo: ita postea in alterius patrie, Danie, Regiâ Haff-
 nensi Academiâ, Serenissimi ac Potentissimi, augustissimæ memorie Regis
 CHRISTIANI IV. Anatomicæ, Botanicæ, ac Chirurgicæ primo ac publico
 per IIX. annos Professori Publico, & Practico publicitus exercebti: nunc Se-
 renissimi pariter ac Potentissimi DANORUM & NORWEGORUM
 Regis FRIDERICI III. Medico Aulico, stabili; & pulcherrimâ sobole in deli-
 ciu ac dec̄ Avi ac Patris efflorescente, florido felicitè antehac est juncta
 connubio: Superat HENRICUS II. Med. Cand. Superat SOPHIA III.
 virtutum sui Sexus decoribus fulgida, vereq; ταχεῖον τῆς ἀρετῆς, Amplissi-
 mi ac Consultissimi Viri DN. DANIELIS SANDOVII, J. U. D.
 celeberrimi, Practici, & Advocati in Judicio Provinciali solertiissimi, Costa fi-
 delissima, & elegantissima Sobolis Mater fœcundissima. Et hactenus qui-
 dem vidimus FABRICIUM Doctorem, Maritum, Patrem: videamus
 nunc per qvos gradus adscenderit ad illuſta eruditio honoris apicem. In-
 cubuerat Arcto huic per Autumnum Anni 1602. lues vehementissima,
 qvæ, cum putaretur extincta, seq̄uenti Anno 1603. ardenter etiam re-
 cruduit flaminâ, ut tñā æstate 1300. homines ex Rep. Oppidanâ: ex
 Academicâ, benigniore fato, nonnisi celeberrimum Theologum D. D A-
 VIDEM LOBECHIUM &c. Studiosos leto immatuō dederit. Ve-
 nit tum novellus Doctor FABRITIUS, impavidus morborum domitor
 ROSTOCHIUM, totâ patriâ plaudente, nonnisi illâ febrium Morboniâ
 ejulante, cui morti ipse pallida mors, pestisq; fuit, qui ex relegatâ, felic-
 issimis curationibus, illâ pestium hydra, primum Æsculapij honorumq;
 Signum, sibi ipsi candidis velis in Patriâ explicuit: unde factum, ut ab
 Illustrissimâ Dominâ, Dominâ SOPHIA, Illustrissimi ac Celsissimi DN. JO-
 HANNIS, Ducis Mekelb. Viduâ, Sanctæ memorie, non solum in aulam
 Lüpzensem, dato annuo Stipendio, vocaretur: sed & ejus filijs Junioribus,
 Ducibus Mekelburgicis, in Sveciam proficiscentibus, jungeretur itineris
 comes. Reversus ex Svecia Archiatri eminenti honore attollitur ab
 Illu-

Illustrissimo & Celsissimo Principe ac Domino DN. JOHANNE ALBERTO Duce Mekelburg. glorioſ. memoria: cumq; excessiſſet ex vīta pariter ac Academiā, Incomparabilis Medicus GVILELMUS LAURENBERGIUS Medicin. & Matheſat. ſuperiorum in hac Acad. Professor celeberrimus, accessit Anno cīo Iōc XII. PROFESSORIS Superiorum Matheſat. & Medicinē titulus: qvām in utroque Archiatri & Professoris fastigio, ex aſſe ſatisfecerit, teſtantur præter aulam Mekelburgicam, prelectiones publicæ, teſtantur demonstrationes Anatomicæ: teſtantur operatio-nes Chymicæ, gratis ut plurimum, nec ſine ſacris, Studioſis domi per XXV. annos exhibitæ, ut plurima silentio nunc veneremur potius: qvām impari elo quio recordemur. Memor erit Academia, donec erit, inſignis illius beneficii, qvod celeberrimus JCTUS DN. PETRUS WASMUNDT Rector tūm hujus Univers. ad annum cīo 10 cxxxix. in membranis Academicis autoritate publicâ his verbiſ descriptiſ: Cæſaris Ferdinandi II. in-ſlementiore juffu, Illustrissimi noſtri DN. ADOLPHUS FRIDERICUS & DN. JOHANNES ALBERTUS celebratis hujus anni Paschatoſ ſolemnibus, ex avitis ſuis provinciis tristiſimo exemplo emigrarunt, ſuiq; ingens deſiderium cunctis ſubditis reliquerunt, qvorum loco ALBERTUS VV ALDSTEINIUS Fridlandie & Sagana Dux nobis preficitur, qui in ſinuis exau-ditionibus plerosq; incolas in 4. usq; annum miſerrime divexatos, omnibus ferre fortune bonis exuit, & ad incitas redegit. In hiſ verò publicis malis, optimatum bellicorum inſperatā erga Academiam benevolentiā, quam Collega noſter D. JACOBUS FABRITIUS apud illos ſuā ſedulitate in arte Medicinā pri-mitus obtinuit, & deinde nobis etiam conciliavit, ac diligentiſimè fovit, ab horridis militum injuriis mediocriter tuti viximus, & mirabiliter ſervati fuimus, idq; ſoliuſ Dei providentiā, cui merito cum posteritatis posteritate gratias debito corde persolvimus. Agnoscat beneficium, qvisquis illo-rum temporum, & hujus maxime urbis, qvæ militare Cæſaris präfi-dum ad 3000. habuit, ac Academiæ, die in primis XXII. Jan. Ann. XXXI.

qvo cæde dirā, niſu inaudito caput

prefcindere aufa eſt strenuo belli duci H. L. ab H.

furens Erynnis

Statum, revocabit. Cum autem æſtate anni cīo 10 cxxxii. maxima hu-jus Provinciæ pars, à milite Cæſareo, sub Ducu Fridlandie Generalatu, li-berata fuifſet, tandem & Rostochium mense Octobri, Domitium Decem-bri, Wismaria Januario, in Ducum Mekelburgicorum, Dominorum legi-morum

morum

544

timorum potestatem redijset (pro qvo in serenissima Capita & nos o-
mnes, qvi sub illorum vivimus patrocinio, collato insigni beneficio, Gra-
tia sit JESU CHRISTO !) uti in absentes Celsissimos Principes : ita in
redditos Illustrissimo Patrimonio Dominos clementissimos, integro &
subjectissimo fuit affectu: & substitisset in illo Archiatri & Professoris (ac
Anno 1632. & 1636. Rectoris Univ. Rost.) fastigio, jamdudum, Constan-
tinopolisi fuisset, emeritus & comitivâ donatus, nisi mors Celsissimi sui
Principis Dn. JOHANNIS ALBERTI, *Ducis Mekelb. &c. &c.* interces-
sisset, cui non potuit non, qvi tot annos Archiater incomparabili Princi-
pi fuerat, monumentum propriâ manu conscriptum in Albo Acade-
miæ his verbis FABRITIUS relinqueret; & in illo simul devotissimum
affectum exprimere: *Hoc anno 11. i. CXXXVI. mens. April. die XXIII. post*
XV. septimanarum pertinacem ægritudinem, Ecclerum cum Hydropi, in plena
sþe ac fiduciâ meritorum Christi Illustrissimus & Celsiss. Princeps DN. JO-
HANNES ALBERTUS Dux Megapol. &c. Gustrovii animam ad cælum
exhalavit, postquam vivendo absolvisset, annos 46. min. 13. diebus. Sublato
ergo JOHANNE ALBERTO gloriofis. mem. cum ex felicissimis
per Holsatiæ curationibus, qvæ Rectoratum FABRITIO per trime-
stre protulerunt, fama Æsculapii nostri jam gloriosissimum Danorum
Regem, totamq; Arctum in sui venerationem & desideriū convertisset,
quod felix faustum fuit, An. 1636. Potentissim⁹ Rex Danie, Norv. &c. &c.
CHRISTIANUS IV. immortalis memorie, FABRITIUM in Regii cor-
poris Medicum à Celsissimo ac Illustrissimo Domino, Dn. ADOLPHO
FRIDERICO Duce Mekelburgico, &c. &c. *Domino nostro longè cle-*
mentissimo expetiit, &, salvo Professoris emeriti honore, impetravit.
Qvā se in hac illustri Comitia, tum Regi incomparabili: tum toti Re-
gno Danie Domi, forisq; probaverit, testatur gloriösi Regis CHRI-
STIANI IV. in FABRITIUM munificentia, & reconciliata nunquam
clementia: testatur Potentissimi Hæredis ac successoris FRIDERICI III.
sententia, qvā, simul successit, & locum & Salarium gratiōe FABRI-
TIO nostro confirmavit: cui Serenissimo Regi talem ad novissimum
usq; spiritum se præstítit: qualem Magno CHRISTIANO Patri.
Vidim⁹ FABRITIUM jam inde à natali & Thalassicâ illà Huenæ Vranopo-
li, adusq; illam, in quā ad veram ascendit Vranopolin, honorum, qvi in
MEDICUM unquam cadere potuerunt, eminentiam. Non caruit equi-
dē illa felicitas suis calamitatibus, qvas tum publice, ab Anno maxime 28.
ad 32. exactionibus & deprædationibus militaribus exposita Provincia-
tum

tum domi expertus est, acerbissimas. Præter enim, qvod, uti Symbo-
lum piæ def. fuit

Vigiles dat purpura noctes

vidit sexies sobolem elegantissimam acerbis efferris funeribus, PHILIP-
PUM maxumè JACOBUM, qui cum jam igneâ, planeq; Patris simili
mente, lingas Orientales omnes penitus imbibisset, & Oratoria apud
nos Professor publicâ jam famâ excelleret, in ipso flore juventutis,
XXIII. annorum Juvenis Anno sc. cixi cxxx. mens. Augusto, dum O-
rientem scrutatus est, corpore occidit, mente ad ἀνατολὴν ἐξ ὑψους
evolavit. Vedit fidelissimam domus columnam pariter auctori sociam
anno XXIIII. lamentabili funere conditam. Vedit: sed & id Cypriani
admisit: non potest esse victoria, nisi præcesserit pugna: cum fuerit in pugna
congregatione victoria, dabitur vincenti corona: gubernator in tempestate di-
noscitur: miles in acie probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non
est: & expressit qvod vetus apud Babr. etymol. versiculus requirit:

αἱ τοι πέπεωται τάῦτα τλῆθι γεννάκες

καὶ μὴ σφίζου· τὸ χρέων γδὲ οὐ Φεύξες.

August. l. 6. Confess. Ambrosium, dicit, felicem qvendam hominem secun-
dum seculum sibi aestimatum, qvem sic tantæ potestates honoraverint: ceterum
celibatum ejus laboriosum sibi visum esse: magis id de eminentissimo Fa-
britio per XXX. annos viduo dicere liceret, nisi ἐπ' ἄκρην γεαμηνὴν
& ultimam rerum lineam properandum esset, de qvâ pulchre Euripid.
Electr.

• Μῆ μοι τὸ πεῖστον βῆμα, έαν δέρμη καλῶς

νικῆν δοκεῖτω τὴν δικὴν πέιν ἀν πέλας

γεαμηνὴς ἵκηται, καὶ τέλος καμψη βίου.

Diodorus, eqvidem, Siculus: insigni, inquit, corporis robore & sublimi-
mentis acumine præditum esse perquam est difficile, unde Epaminondum
velillo nomine attollit, qvod in illâ peritia militaris excellentiâ, in illâ
æQUITATE ac celsitudine animi, qvâ omnes Imp. superaverit, firmo ac ro-
buso corpore fuerit, miratus uiriusq; boni largitionem ab invidente alias
naturâ concessam, ut idem & Valentissimus esset & sapientissimus (Valer.
Max. l. i. c. 12.) licet autem à robustâ & validâ ætate panegyricum Fabri-
cius p. d. non poscat, qui & scientiarum excellentiam & illud, uti Herm.
Trismegist. vocat εἰ καὶ μόνον ἀγαθὸν δύο βεβαῖν, & illos, qvos Pelusior.

l. 3. ep.

l. 3. ep. 151. ἐλέῳ δέ οὐ ψυχῆς characteres ponit, excellenter habuit, cœli tamen beneficium fuit, qvod & habitudo contigerit valida, & sanitas robusta FABRITIO Medico: qvem uti Juvenem mori, in salibus habetur: ita in jocoseriis, si Medicus ante novissima, freqventer ingeminet illud Comici:

545

lien necat, renes dolent
pulmones distractabuntur: cruciatur jecur
radices cordis pereunt, vires omnes dolent.

Vixerat haec tenus FABRITIUS valetudine satis integra, & ætate ultra-Davidica, qippe jam in LXXV. æt. anno: non expertus alium ex Morboriâ hostem, nisi communem senibus MARASMUM, per qvem cum mortali spiritu & humore deficit τὸ θερμὸν εἴ μοι τον. Sed tot morborum terror, impavidus hunc invincibilem admisit: nec mori timuit, qui ex aquâ & spiritu renatus (verba sunt Cypriani Martyris serm. 4. de mort.) se Christi cruce & passione censeri, & de hoc seculo recedenter ad æternam vitam transsiliturum scivit. Mortalitas, qippe, Christi hostibus pesta est: Dei servis salutaris excessus. Qvod ergo jam moriturus AUGUSTINUS supremâ voce expressit: laudatos Christianos sine dignâ & competenti pœnitentiâ de corpore exire non debere, id FABRITIUS noster qvi cum Isidoro l. 3. ep. 285. οὐτ' ἀναμάρτητος fuit οὐτ' ἀναμαρτύτους ζητῶν Φίλευς, serio meditatus, pridie ante obitum Reverendo & Clarissimo Viro DN. M. JOHANNI BREMERO, Ser. R. M. Dan. ac Norvæg. Concion. aulico Germanico, devotissimè peccata confesus, Sacramentum corporis ac sanguinis JESU CHRISTI impetravit. De Monicâ Matre Augustinus, l. 9. conf. Qvanquam, inquit, illa in CHRISTO vivificata, etiam carne, nondum resoluta, sic vixerit, ut laudetur nomen tuum in fide moribusq; ejus, non tamen audeo dicere, ex qvo illam per baptismum regenerasti, nullum verbum exivisse ab ore ejus contra præceptum tuum. Et vix etiam laudabilis vita hominum, si remotâ misericordia discutias eam. Non aliter sensit ὁ μακαρεῖτης noster, qvi, qvod tutissimum æstimat Bellar. l. 5. de just. c. 3. & 7. in solâ Dei gratiâ & proposito in sangvine JESU CHRISTI θλαστηρώ, de qvo svaviter Θεολογοῦνται mente adhuc integrâ, illo ipso novissimo inter mortales die, audivit Reverendum admodum & Excellentissimum Virum DN. THOMAM LINDEMANNUM ss. Theol. D. Celeberrimum, & Teyton. Hafniens. Eccles. Pastorem Regium;

sine

sine dolorū velhementiorū, qvi oculis in morte natantib^o atrā, excruciare
corpusculū solent, s^va viter d. xiv. Aug. Hafniæ ē ζέπεντεν. Ita ergo abijsti,
abijsti, magne FABRITI! Et abitionē quidē ex hāc vitā, qvæ verē est oni-
ās ὄναρ & ξένου ἐμίδημία ad amēnissimas amēnitates, ubi nunc ultra
purpuram, sceptra, coronas cœlo recepta mens triumfat, gratulamur: neq;
enim potuisset vitā a eterna succedere, nisi, ut Cypr. loqvitur, hinc contigisset
exire: non est exitus, sed transitus: & temporali itinere decurso ad eterna
transgressus. Qvis te ad meliora festinasse, invideat? qvis non se qvoq; ad
Christi speciem reformari & ad cœlestis gloriæ dignitatem venire citius exo-
pet? Hoc nos ostendamus esse qvod credimus, ut cum accersitionis proprie-
ties venerit, incunctanter ac libenter ad Dominum, ipso vocante, veniamus.
Quantis te ibi charorum expectavit numerus? parentum, fratrum, filiorum
freqvens te turba desideravit: jam de suā immortalitate secura, & adhuc de-
nostrā incolumente solicita: ad horum conspectum venire, quanta & illis &
nobis in commune letitia est: illic Apostolorum gloriosus chorus: illic Prophe-
tarum exultantium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certa-
minis & Passionis victoriam coronatur. Qvod ergo jam reqviescas, qvod
pulverem detergas, qvod vigiles det purpura soles, qvod jam soluto stadio
coronam exigas, gratulamur: at meritorum tuorum pondera revolven-
tes, eruptum terris te dolemus & FABRITIUM exoptamus.

Qvod ergo supremi honoris superest, omnes qvotq;ot jurisdictionem Academicam agnoscunt, monemus, ut Celeberrimi FABRI-
TII per XL. annos Mathematici & Medici Professoris, Collegij Ducalis, &
Facult. Medicæ totiusq; Academ. Senioris Archiatri, item Mekelburgici &
Pomeraniorum Daniæ Regum Personæ Medici exeqvias, ubi signum dabi-
tur eant reverenter, & huic bono horā i. in Templo Jacobeo convenienter fre-
quenter, rati se dignorem nunquam comitatueros. Inter eundum me-
ditamini illud Cypriani cont. Demetr. Quando hinc excessum fuerit,
nullus jam locus pœnitentia est: nullus satisfactionis effectus: hic vita amitti-
tur, aut tenetur: hic saluti aeterna cultu Dei & fructu fidei providetur. His
cum Christo semper vivamus, & facili per ipsum Filij Dei cum ipso semper ex-
ultabimus. Non enim potest non semper esse latus, qvi cum morti esset obne-
tus, factus est immortalitate securus, & illud Mon. Clun.

Hora novissima tempora pessima sunt: VIGILEMUS:
ecce minaciter immunit arbiter ille supremus.

P.P. ROSTOCHII XV. Septemb. Anno clo loc LII. sub
Rectoratus Academicci Sigillo.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746961634/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961634/phys_0017)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn746961634/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961634/phys_0019)

DFG

temporis D E O mirabiliter dirige
Etam, Patriam suam Helyetiam, Pra-
linquens in Romanum imperium
sincerum verbum DEI pro germina-
vir juvenis, Linguarum, Historiarum
os, (cujus amore cum primis flagraba-
incubuit, ita ut Imperator Caiolu-
Poetica, in quibus inter alia egregi-
niae descriptis, non sine singulari an-
stante Cæsaris documento) legit, ac
reâ, quæ tum magna erat dignitas, e
occasione stemma Nobile Fidlerianum
Album Nobilium Romani Imperii
& ultra, pro placito Cæsareo coopta-
tem utriusq; sexus derivandum, p
renovavit. Huncq; meum præno-
licem Fidlerum ob singularem eruditio-
ingenij & animi Heroici dotes, pro-
buit. Hac Nobilitate quamvis no-
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in i-
menter mihi immerito concessâ:
pudet, sed magis me nobilitare ci-
S. S. Ministerium, ad quod Domini
ministrum suum destinavit. Hæc
summa dignitas, omnes humanas di-
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS
LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. I
tina Patre VALERIO FIDLERO
re, quondam Ducis Prussiæ Archi-
Alberti Friderici Consiliario, M
gard præclaræ Familiæ, & insignium

A 2



mē dete-
jos dere-
am, ubi
enit, ceu
& Poëse-
ligenter
opera.
Germa-
tate (te-
ltrò lau-
rit, & hac
cum, ad
centum
osterita-
Cæsareo
vum Fe-
ræclaros
ario ha-
sed solâ
erio cle-
jesus non
ogiam &
avit, &
as: hæc
onorum

IS FID-
tâ matu-
e Docto-
ij Ducis,
d Herm-
atronâ,
qua